

tet disputare sufficientius in insequē-
tibus. Post illam vero determinatio-
nem etiā de ipsis sermonē faciemus,
q̄ sunt principia nostri magisterij. In
prima tamen traditione singularem
de vnoquoq; principiorum faciemus
sermonem. in sequenti vero vniuersa-
lem. Ex nunc vero ad presens ratios
negantiū a datis, & ipsarum inters
emptiones imprimis afferamus.



SERMO VNIVERSA

lis in rationibus sophista-
rum, artem ex suppo-
sitione negantiū;

Caput. xij.



Ante itaq; artem supponē-
tes, multiplices ex intētio-
ne diuersa fore cōperimus.
Alij quidē in spiritibus.
Alij vero in corporibus.
Alij in salibus & alumini-
bus nitris & boracibus.
Alij vero in omnibus re-
bus vegetabilibus hanc inueniri artē
& magisterium affirmant. Ex his au-
tem omnibus hi quidem secundum
partem bene, & secundum partē ma-
le, hi vero secundum totum male hoc
diuinum magisterium estimātes tra-
diderunt illud posteris. Ex ipsorū au-
tem errorum multiplicitatibus veri-
tatem nos collegisse, difficilis & labor-
iosa se cautele cōiectura longaq; & diu-

tediosa experientia, multorum sumptuum interpositione contingit, & illorum error per nostrę mentis dispo-
sitionem & rationem sepiissime misis-
tauit, & desperationē adduxit. blas-
phemiati sint ergo in eternū, quia blas-
phemias posteris reliquerunt, ex er-
rore suo super philosophantes perfu-
derunt, & non veritatem, sed diabol-
icam instigationem potius post mor-
tes eorum dimiserūt. Et ego blasphemus
sim, nisi errores illorum cor-
rigam & veritatem tradam in hac sci-
entia, prout melius exigit hac ars.
Hoc enim magisteriū occulto sermo-
ne non indiget, nec manifesto peni-
tus. Tradimus igitur eam sermone
tali, quem latere prudentes non acci-
det, hic autem mediocribus profun-
dissimus erit, fatuis autem terminos
inreferabiliter concludet in hac vna
& eadem nostra traditione. Redes-
centes igitur ad propositum, dicimus
qui in spiritibus eam esse ponunt, di-
uersos multipliciter. Alij quidem
ex argento viuo. Alij autem ex sul-
phure & huic affini arsenico lapidem
philosophorum perquiri asserunt ne-
cesse esse. Et ab his quidam ex mar-
cheta, quidam ex tutia & magnesia
& ex sale amoniaco quidam. Qui
vero in corporibus, alij quidā in plū-
bo; alij in quolibet aliorum corporū
esse dicunt. alij vtiq; in vitro, et qui-
dam in gemmis, & alij in diuersitas
tibus salium & aluminum & nitro-
rum & boracium. & alii in omni ge-
nere rerum vegetabilium. Et illorum
vniūq; supponēti alius est aduers-
sarius, secundū suam suppositionē.

B iiii